Quelle: http://manuscripta.at/?ID=508
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



amulat mihi. Et omnibus pri quam tu ve
nires. benedixisq; ei. Et erit benedictus. Audiens esau
sermonibus patris. ululauit clamore magno. Et con
sternatus ait. Benedic etiam et mihi pater mi. Q
ait. Venit germanus tuus fraudulenter. et accepit
benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste uocatum
est nomen eius iacob. supplantauit enim me en altera uice.
Primogenita mea ante tulit. et nunc secundo surripuit
benedictionem meam. Rursumq; ad patrem. numquid non
reseruasti mihi benedictionem. Respondit ysaac
Dominum tuum illum constitui. et omnes fratres eius seruituti eius
subiugauit. Frumento et uino stabilitui eum. et tibi p
hec fili mi ultra quid faciam. Cui esau. Nonne una mo
tantum benedictionem habes pater. Mihi quoque obsecro
ut benedicas. Cumq; eiulatu magno fleret. motus
ysaac dixit ad eum. In benedictione tua. et in rore celi desu
erit benedictio tua. Dominica iii. Adeffesios

Fratres. Estote imitatores dei sicut filii karissimi. et
ambulate in dilectione. sicut et xpc dilexit nos. et
tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam